



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Martinvs Ep. 11. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

hristus  
tur, ra-  
flagra  
onant.  
t. De-  
ferro  
stimes,  
it. Hic  
e, le-  
, ipfis  
re, ut  
t, mi-  
Longi-  
e atti-  
um: &  
oribus  
infers  
luntā-  
n. 38.  
mbris.  
quām  
cimam  
simus,  
uis an-  
atissi-  
: non  
eratem  
proin-  
prodig-  
er la-  
refugit  
virgi-  
tebras. Hic ad templi rudera castissima Sacerdos preces caelo facere, corpusculum herbis, animum cœli deliciis pascere. Tandem cum annos vixisset v. supra xxx, & veste jam defluente foliis pudorem regeret, venatori visa est, pro monstro utique habenda, si vox & virtus non prodidissent. Texit tunc suis vestibus hic, & anno vertente ci- bo divino recreavit. Sed cum à venatione denuò ad illam viseret, exanimem reperit, & de tam nobilibus exuviis manum sibi dexteram abstulit. Verum cum non nisi restitutâ hâc solvere è portu potuisse, narrassetque miraculum sociis, accurserunt hi venerabundi, sed nihil quidquam præter virtutis vestigia invenerunt. Dubitarem à quibus ablatum corpus foret castissimum, nisi tumultari virginitatem ab Angelis Catharina doceret. Ex Metaph.

Per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis: si enim spiritus pie sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur: nam si auctorem suum superbiendo contemnit, jure à subjecta carne trahit suscipit. S. Greg. l. 26. Mor. c. 13.

## S. MARTINVS EP. II. Novembris.

**E**xistimaverat MARTINVS Neophytus etiam- dum, mediâ chlamyde suâ medium paupe- rem utcumque se texisse; sed insequenti nocte totum eâ se vestisse Christam vidit. Pont. Turo- nensis Divorum aspectu atq; adeò familiaritate, celi præsertim Reginæ, inter Theclæ & Agnetis comitatum, jucundissimè perfruebatur. Bonorum Angelorum manu palam adjutus, malorum fana- li simulacra subruit. Quanti Sacerdotii majesta- tum faceret, tunc ostendit, cum eam Imperatoræ

A a

ante-

antehabuit, primumque in epulo poculum pribibens non Imp. Maximo, sed Sacerdoti suo porrexit. Quin ipsam Imperatricem famulam ad mensam habuit, & tum haec se basilicè vixisse putavit, cum micis, quas reliquias fecit MARTINVS, vesci potuit. Orci præstigiatorem, qui Christum ementitus, cætera habitu regio illi se obtulit, ita delusum dimisit, ut diceret, alium nullum Christum se nosse, præter crucifixum. Venienti ad se cum Imp. Valentinianus assurgere neglexeret, facere hoc assurgens è sede flamma coagit. Exitemum æger in fugam iterum dæmonem malum egit, uti lubens morituri, ita ad majores labores, si Numinis placaret, postò victurus. Sed placuit huic MARTINVM inter beatarum mentium plausus cantusque ad se evocare. Conditionis tamen suæ memor, non nisi cineri incubans mori voluit. At ex hoc cinere suus cælo Phoenix prodidit. Ex Sulp.

Ecce Redemptori minimè sufficit, quod in extremo iudicio dicturum se perhibuit. Quod fecisti unde fratribus his meis minimis, mihi fecisti; nisi ante iudicium demonstraret, qua quisque nunc bona opera indigentibus exhibet, ei hac specialiter impendi, cuius haec amore exhibuerit. S. Greg. hom.

39.

S. CVNIBERTVS EP. 12. Novembris.

**V**trunque CVNIBERTVS, & qui adolescens rapere in se oculos possit. & quid amare oculi in adolescente debeat, docebit. Nam si è pulchro corpore gravior venit virtus, gratissima è CVNIBERTO venerit necesse est, adolescentelo, in quo & forma rara, & indoles elegans, & modestes suavissimi certamen de palmâ videntur suscep-

13. N  
pisse.  
ultima  
qua ne  
infima  
zeque  
ducere  
berti(c  
tunc p  
lucce ac  
Superi  
amplex  
tym in  
rein he  
valere  
tificatu  
vibus, q  
ma è ca  
& amo  
lim hos  
nem, &  
fit dom  
jores &  
His q  
militat  
Christu  
exteris  
mentis  
6. Epist  
S. MAX  
S. Vpr  
mera  
ata, qui  
uerofo f